UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Venantius Ab S Colmanus M. S. Chelidonia V. 13 Oct.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Venantius Ab S Colmanu M. S. Che-
lidonia V. 13 Oct.

Obedientia.

Obſequium ratione calens eſt fer-
uor, furor autem quod ratione non
frænatur. Chryſol

Suſcipe Dne preces noſtras & mu-
neraquæ ut tuo ſint digna conſpectu,
S. tui Conf Venantij (S. Colmani M.
S Chelidoniæ V) precibus adiuuemur
Per D. N Jeſum &c.

Ora pro Eccleſia, &c

1. Venantius Ab. Turonis cum ad miſſam cantaretur oratio Dominica audiuit e ſepulchro ſonum dicentis cũ clero ſed libera nos à malo impleto vitæ curriculo, miraculisquoq; fulſit in ſepulchro.

2. S. Colmanus Scotus e regio ſanguine iuuenis, Chriſti exemplo peregre abijt Ieroſolimam petens, in itinere pro proditore captus, tortus & ſuſpenſus ex arida arbore. poſt mortẽ cauſam ſuam mundo Iudice egit. Arbor enim refloruit, ipſe ſeſqui annum pendens non ſolum incorruptus mãſit, ſed & ſanctior factus, ſtupore & veneratione Auſtriam impleuit.

3. S. Chelidonia V. in Veſtinis nata ab infantia monaſticam vitam ambiens apud ſublacum in ſolitudinem ſeceſſit, ubi cautes ei pro lecto, funis pro zona, oratio pro labore, & ieiunia fuere refectio. obijt demum Sexagenaria A. 1152,